

S. Ambros.

gnatrix. Januam vocat lethi resignatricem, quae arborem illam, quam Deus esse occultam, & in mysteris voluit, aperuit, & resignavit. Et S. Ambrosius 3. de Virg. huiusmodi mors per fenestram, hoc est, per Evam ostium. Et Proclus Episcopus Cyzici mulierem primam vocat aquarum, id est, januam peccati. Longè aliter Maria, Evae omnino opposita; & illius restauratio; janua vitae, salutis, & recuperationis nostrae, vel à puncto suae Conceptionis extitit.

In hac salutis, vitaeque janua signata est, uti stemmata praefixa.

814 In hac igitur porta vitae, in hac salutis janua, conceptione videlicet Mariana, sive Domus, sive Templi, sive civitatis portam compelles; praefixa ad privatam Primogenitae Mariae gloriam sunt Christi Stigmata, tanquam Domus insignia, tanquam Stemmata nobilissima, tanquam expressum rei praeclearè gestae monumentum, & victoriam praeconia; non enim Virgo à communi labe immunis extitit, nisi meritis Passionis Dominicae, quae in illa, uti in Primogenita Dei, & Redemptoris, eximio, & priori Incarnationis & redemptionis opere, operam suam posuit praeservativam. Hinc illud Ambrosii lib. 1. in Lucam. Nec mirum, si Dominus redempturus Mundum, operationem suam inchoavit à Matre: ut per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore. Cui adde S. Bernardinum Senensem in Serm. de Assumpt. sic scribentem: Plus pro Virgine redimenda is venit, quam pro omni alia creatura: juxta illud Cant. 4. 9. Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa, vulnerasti cor meum. Pro amore tuo carnem sumpsisti, & vulneribus primis vulnerasti in Cruce cor meum: nam Primogenita Redemptoris Filii sui Jesu fuit Virgo Maria. Videatur alius ad verba nostri Ecclesiastici, quae possunt ex superius dictis sic efferi: Ego ex corde Altissimi providi primogenita ante omnem creaturam. Altissimum vocat Christum in Cruce exaltatum, ex cuius corde, seu latere caelestis Adami dormientis vulnerato nova prodit Eva Maria, uti Primogenita Redemptoris, & primum Redemptionis opus. Quod sapienter dixit Catharinus in Disput. pro immaculata Conceptione Virginis lib. 3. c. 4. Quam pulchre tunc educta est (Maria) cum in saporem coniectus est vir ille (Christus nempe) ut intelligas etiam Virgini opus fuisse Christi morte, ut ex eius latere isto modo illibatissima educeretur. Ecce qua ratione in ipso Mariana vitae ingressu, in ipsa ejus Conceptione, praefixa Christi Passio, Stigmata & Stemmata sunt, ut sic evaderet purissima, Primogenitaque privilegio gauderet Dei Mater.

S. Ambros.

815 Sed praestat expendere unum & alterum Isaiae testimonium. Primum ex cap. 54. 11. Fundabo te in sapphiris: ponam jaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos. Sermo est in secundo sensu litterali de Ecclesiae fundamentis, muris, & portis; sed in primario de Deiparae mysteris vaticinium erit, ut quae Christianae Reipublicae pars, post Christum, princeps; ad cuius normam si exulta sit Ecclesia, & ad illius perfectionem conformata, tunc perfecta erit. Praeterquam quod Ecclesiae Evangelicae, quam Vates praedicit, fundamentum & janua Mariae est conceptio. Nonne inde in tantam celsitudinem aedificium hocce sublatum est? Atqui quod universae Ecclesiae in primam vitam Christianam per Baptismum (quod janua Ecclesiae

S. Bernardi.

816 Quo praemisso ait Vates, ponendas, & disponendas Mariae portas in lapides sculptos: id est, lapides sculptos in portas, vel in portu. Symmachus vertit: lapides sculpturae. Aquila verò; lapides perforationis, seu terebrationis. In quibus ut ibi observant interpretes, imagines, emblemata, seu stemmata altè invisa designentur, & conspicantur, juxta morem designandi stemmata in murorum, vel domus portis ad publicum splendorem, & nobilitatis commendationem. Certè in Mariana domus, & Civitatis porta, illius nempe conceptione, primo ad vitam ingressu, nulla alia splendidiora stemmata videre licet defixa, praeter Filii ejus stigmata, à quibus habet quod conceptus illius immaculatus sit, & primae vitae culpae omnino expers. Hinc jure merito diem redemptionis Mariana appellaveris diem Conceptionis illius. Quo modo Baptismatis dies solet à SS. Patribus appellari, imò & à Divo Paulo ad Ephes. 4. Signati estis in diem redemptionis. Ubi Cajetanus, Diem Baptismi, diem redemptionis appellat, eo quod tunc redemptio per Christum facta applicatur. Et Chrysostronus ibidem premens illud; signati estis, subtextit: Hic spiritus vos regalem esse gregem ostendit; sumus enim Christiani de grege Christi, ipsius oves in Baptismo fidei caractere veluti iusto, ac Dei sigillo insigniti. Iisdem ergo nos Christi stigmatibus, quasi stemmatibus gaudemus, dum per Baptismatis januam in Ecclesiam ingredimur, quibus B. Virgo in primo suae vitae ingressu, Conceptione nempe; sed nos ut regemur, illa ut generetur. Dedit utique aqua, quod dedit Matri.

Ex corde Christi in Cruce dormientis nova prodit Eva Maria.

817 Sibi ipsi consonat Isaías sensu quoque luculentissimo cap. 60. 18. ubi par locus. Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. LXX. vertunt: Vocabitur salutare muri tui, & porta tua sculptura. Hebraice pro salus, seu salutare, vel salvator est Jesus. Pro laudatio est Graecè ἑλισμα, quae vox calaturam significat; & ut noster Sanctus observat, stemma seu emblemata, aut aliud quod expressum rei praeclearè gestae monumentum, ut in portis stemmata, seu domus insignia praefixa. Has portarum sculpturas scitè putat Leo Castrius esse Christi stigmata, & passionem, seu corpus illius clavibus, verberibus, & lancea concisum, & quasi caelum, cum intuitu, ut ipse ait, ad locum Zachariae supra versatum. Certè haec sunt Mariana domus stemmata, in ipsa Conceptionis ipsius janua, seu ingressu praefixa; salus nempe, salutare Dei, Salvator Jesus plagis sculptus, caelatus, perforatus;

Catharinus.

818 Hinc etiam revoca illa Cantico verba cap. 1. 11. Murenulas aureas faciamus tibi vermiculatas argento. Aurium ornamenta haec sunt, ex S. Bernardi interpretatione Serm. 41. in Cantica, quem multi alii sequuntur. Unde Vetus Hispanica translatio effert: Zarcillos de oro te haremos con clavos de plata. In aures promittuntur Virgini Matri, nuptialia munera, sive dotales arrhae, in fidei, obedientiae, & subjectionis symbolum. A primo enim suae Conceptionis momento, Deo obtemperatissima adstitit; aurem inclinavit, audivit, obtemperavit, non deceptoris serpenti, ut olim Eva, sed Sponso divinisimo; uti supra, numero 780. dicebamus. Sed expende quale hoc ornamentum Originariae fidei, & obedientiae in Deipara. Murenulas aureas appellat, Symmachus vertit; insignia aurea LXX. verò, similitudines auri. Turritellas nonnulli putant esse; alii verò, inter quos noster Sanctus, columbas. Alii serpentes volunt; nam ex serpentum genere murenulae sunt, ut arbitrantur S. Isid. lib. 9. Etym. cap. 31. S. Hieron. in cap. 16. Ezechielis, Cassiodorus, & Rupertus. Reor, ornamentum aurium esse instar scutulorum aureorum, in quo murenulae piscis similitudo reperiretur, lentescens metalli in virgulas flexuoso contextu. Scutula haec, ne ingloria sint, nobilissimum immunitatis Mariana stemma praeferebant caelum; nempe Christi Assertoris stigmata, quibus accepta immunitatis ipsa referatur. Hoc enim illud est, quod addit; vermiculatas argento. Nam vermiculatum opus à purpureo cocci vermiculo dictum. Sed LXX. Interpretes luculenter ad rem nostram interpretantur, id est, cum stigmatibus. Ad Martyrum Stigmata referunt Philo Carpat. & alii, & nos in nostro Opere de Martyrio non semel; melius ad Christi vulnera referendum, quae Deiparae data pro Stematibus à puncto suae Conceptionis, uti Dei Primogenitae, ne aurem deceptoris serpenti inclinaret, sed ut Sponso obtemperatissima esset, atque adeo primae vitae culpae omnino expers.

Isai. 54. 11.

819 His adjungo illud Sponsi testimonium ex cap. 7. Cantico. vers. 5. Come capitis tui sicut purpura Regis vincla canalibus. Pro come, est Hebraea vox dalath, quae significat etiam portam, januam, ostium, ut ob-

Ecclesiasticum & janua est Mariana Conceptio homo quaedam sensu.

foratus; ipsa Salvatoris Stigmata insignia Virgineae Domus sunt. Quibus praefixis, quo Salvatore, & propugnatore Jesu, nulla potuit in Mariae conceptum irumpere originaria calamitas. Quod noscens Virgo ipsa, clamabat Luc. 1. 47. Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo; id est, Salvatore, seu Jesu meo. Ut enim S. Bernardinus Senensis Tom. 4. Serm. 8. de flammis septem amoris Dei, praeclearè observat, singularis Salvator Mariae Jesus appellatur ab ipsa; quia aliqui Doctores speculantes dicunt, quod Deus assumit carnem potius pro salvare Virginem singularem, quam omnes alias creaturas. Hoc enim illud est, quod Isaías praedicit: Occupabit Salvator Jesus muros tuos, & portas tuas sculptura. Quod autem Vulgatus pro sculptura passionis Dominicae dixerit laudatio, eò utique spectat, ut ostendat, nunquam defutura cantica in portis Mariana civitatis, quae praeclearas Virginis victoriae de Tartareo Dracone reportatas, perpetuo concinant; quòd uni Christi passio referendum sit.

Cant. 7. 5.

820 Illud hic in primis ponendum, ex Primogenitorum jure, deberi Primogenitae Dei Mariae clavem, & annullum signatorium. Accedit utique Deipara à Deo claves vitae, & misericordiae, potestatis, & dominii. Eapropter clavibus calorum appellatur Virgo à S. Ephrem. Orat. ad Virginem: & clavigera caelestis à S. Bonavent. in speculo pravo, quinq. 2. Unde S. Bernardinus in Serm. S. Bernardi.

61. merito aiebat: Quod omnium gratiarum in effluxus quamdam jurisdictionem habuerit haec Virgo; de cuius utero, quasi de quodam divinitatis Oceano, rivus, & flumina emanabant omnium gratiarum. Caeterum ut vel ex hoc capite Marianam immunitatem comprobemus, observo quod latè supra probavi numero 173. videlicet Deiparam à primo suae Conceptionis momento instar pulcherrimae aurorae fuisse. Dari Aurorae claves fulgentissimae lucis, Naso cecinit 2. Metam.

Per Deiparam nobis referantur Baptismatis fores. S. Cyrell.

821 Illud hic in primis ponendum, ex Primogenitorum jure, deberi Primogenitae Dei Mariae clavem, & annullum signatorium. Accedit utique Deipara à Deo claves vitae, & misericordiae, potestatis, & dominii. Eapropter clavibus calorum appellatur Virgo à S. Ephrem. Orat. ad Virginem: & clavigera caelestis à S. Bonavent. in speculo pravo, quinq. 2. Unde S. Bernardinus in Serm. S. Bernardi.

61. merito aiebat: Quod omnium gratiarum in effluxus quamdam jurisdictionem habuerit haec Virgo; de cuius utero, quasi de quodam divinitatis Oceano, rivus, & flumina emanabant omnium gratiarum. Caeterum ut vel ex hoc capite Marianam immunitatem comprobemus, observo quod latè supra probavi numero 173. videlicet Deiparam à primo suae Conceptionis momento instar pulcherrimae aurorae fuisse. Dari Aurorae claves fulgentissimae lucis, Naso cecinit 2. Metam.

S. Bernardi.

Christus singularis Deiparae Salvator.

Cant. 1. 11. Aurium ornamenta murenulae.

Murenula insignia aurea cum stigmatibus data Virgini sunt à puncto suae conceptionis.

Cant. 7. 5.

¶¶¶

servat Tuccius in Adnotatione 6. super Cantica, causà 3. qui ita effert: Ostium capitis tui, ut purpura. Cum autem vocula ros, non solum caput, sed initium, aut principium aliquid rei significet; poteris vertere, ostium seu janua initii, seu principii tui sicut purpura Regis vincla canalibus. Etenim ostium seu janua principii Mariana, Mariae Conceptio est, vitae Virgineae initium, & ad vitam ingressus. Conceptus hic Regiae purpurae assimilatur non solum recens fucatae splendendoris conchylii sanguine, sed in tincturam immerfae, & illigatae: non alia utique de causa, nisi quia Mariana Conceptio adjuncta fuit quinque Dominici sanguinis canalibus promanantibus ex quinque plagis, & Deiparam penitus imbuentibus. Praesto adfuit Christi Conceptio, imò praefuit Christi passio, & Christus patiens, ejusque vulnera, & cruor per canales quinque defluens. Ideò LXX. vertunt: Sicut purpura Rex ligatus in canalibus. Quòd revoco illam Arabici Psalterii translationem Psalm. 44. 10. Astuit Regina à dexteris tuis in vestitu purpureo deaurato: ab ipso certè primae suae conceptionis exordio (ut supra statuimus) Christi sanguine tota purpurata, tota Dominicis Stigmatibus, tanquam Stematibus, exornata, uti Primogenita Regina.

S. X V.

Reliqua Primogenitorum privilegia pro Primogenita Deipara breviter expenduntur.

820 Illud hic in primis ponendum, ex Primogenitorum jure, deberi Primogenitae Dei Mariae clavem, & annullum signatorium. Accedit utique Deipara à Deo claves vitae, & misericordiae, potestatis, & dominii. Eapropter clavibus calorum appellatur Virgo à S. Ephrem. Orat. ad Virginem: & clavigera caelestis à S. Bonavent. in speculo pravo, quinq. 2. Unde S. Bernardinus in Serm. S. Bernardi.

61. merito aiebat: Quod omnium gratiarum in effluxus quamdam jurisdictionem habuerit haec Virgo; de cuius utero, quasi de quodam divinitatis Oceano, rivus, & flumina emanabant omnium gratiarum. Caeterum ut vel ex hoc capite Marianam immunitatem comprobemus, observo quod latè supra probavi numero 173. videlicet Deiparam à primo suae Conceptionis momento instar pulcherrimae aurorae fuisse. Dari Aurorae claves fulgentissimae lucis, Naso cecinit 2. Metam.

— Vigil nitido patefecit ab ortu Purpureas Aurora fores, & plena rosarum Atria.

A primo suo Conceptionis ortu impendit Deus Virgini Matri uti aurorae, clavibus, quibus Evangelicae lucis, vitae, & misericordiae purpureas panderet fores. Sanctum Baptisma, quod labes Originales eluit, Ecclesiae janua solet nuncupari. Inde in nostris Templis Ecclesiasticis percrebuit mos, ut Baptismi fontes ad januam exstent; ut ipsae Templorum fores, ingressum per Baptisma in Ecclesiam Dei quodammodo repraesentent. Certè per Virginem Matrem habemus, tanquam per clavigeram caelestem, ut Baptismatis fores nobis referentur ad peccati Originalis abluitionem. Ut enim S. Cyrillus in Homilia Ephesi ad Nestorium habita: Salve Virgo, per quam sancta Trinitas in universo Orbe glorificatur, & adoratur; per

S 4

UNT

Ostium sive janua initii seu principii Deiparae adjuncta fuit Dominici sanguinis canalibus.

Psalm. 44. 10.

Primogenitae Deiparae datae clavibus vitae & misericordiae, potestatis & dominii. S. Ephrem. S. Bonavent. S. Bernardi.

A primo suo Conceptionis ortu accepit Virgo, uti aurora, lucis clavibus. Naso.

Per Deiparam nobis referantur Baptismatis fores. S. Cyrell.



quam prolapsam plasma in calum demio sub-

Vulnus lateris Domini est vita ostium.

Ostium illud nobis aperuit Virgo amoris cupide a puncto sua conceptionis.

S. Bernardinus.

Datus Deipara ut primogenita annulus signatorius.

S. Ildeph.

Deipara impensus a Deo amata, ut qua primogenita divina virtus principium.

gari illo Salomonis testimonio Proverb. 8. 22. Prover. 8. 22. Dominus possedit me in initio viarum suarum...

824 Est hoc certe, quod idem Salomon praedixerat, immaculatam Deiparam commendans Sapient. 7. 26. Speculum est sine macula Dei...

825 Quid verò subinde? Imago bonitatis divinae extitit Virgo ipsa; atque adeo plus; & prius dilecta à Deo...

826 Cum ergo Deipara ex divina bonitate tantum hauserit, & ipse expresserit, ut inter reliquas creaturas sit divinae bonitatis imago...

827 Primum utique virtutis, & inoperationis divinae opus, prima divinae bonitatis imago, inter reliqua opera ad extra producta...

828 Deinde, Primogenitus, ut supra dicebamus, habebat jus successionsis, sive hereditatis duplicis. Caeterum Deipara, uti Primogenita ipsius Dei, non jus tantum successionsis duplicis, sed totius integræ hereditatis nanciscitur...

829 Rursus, cum Primogenitus soleat impensus amari à Parentibus, tanquam principium virtutis, seu inoperationis eorum...

Sap. 7. 26

Andr. Jerolym.

Cant. 4. 15.

Guilielm. Maria creata totius divina hereditatis participatio.

purissima, alba & candida, sibi continuisse vitae, & gratiae abyssos, quas Angelis & hominibus effudit pro captu singulorum. Quò spectant ea, quae supra diximus de Jordanis flumine, cujus origo ex fonte Phiala, & Pano; de quo sermo est in hoc Canticorum testimonio...

Prov. 31. 29. S. Bonav.

Deipara speciali benedictione à Deo ditata.

Luc. 1. 28. & 42.

S. Jacobus Apostol.

S. Chrysol. S. Justin.

S. Bruno.

Cosmas Jerololy.

A Maria ad nos omnis Dei benedictio.

S. Ildeph.

initio, & ante secula creata sum. Et in Pro. Proverb. 8. verb. c. 8. v. 22. Dominus possedit me in initio viarum suarum; antequam quidquam fecerit à principio...

§. I.

Tam longè absit Maria ab originali inquinamento, ut ante hujus provisionem ipsa fuerit in Dei Genitricem electa, & praelecta.

831 Hanc Thesim si Scholastico more solide nostros Suarium Tom. 2. in 3. p. quæst. 27. disputat. 1. Sectio. 3. & Salazarium nuper relatum, eo cap. 3. ubi plures alios refert, & recentiores plurimos; qui ut Virginis electionem ante alios tueantur; Christum Dominum, atque ejus Virginem Matrem ante peccati provisionem, & occasionem; imò & ante omnes alias creaturas praeinitos fuisse arbitrantur, quòd putant ad Filii, Matrisque gloriam plurimum conducere; & multis probant rationibus, & conjecturis...

Christi & Deipara ante peccati provisionem praeinita.

SECTIO XXV.

Quo pacto Virgo Deipara dicatur ex ore Dei produsse Primogenita ante omnem creaturam; atque ex hac praesistentia ejus immunitas comprobetur.

830 DE se ipsa enunciat Primogenita Maria, ex divino ore produsse ante omnem creaturam. Sibi consonat verbi 14. Ab

Ego